Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De victore Idumaeorum Es. 63, 1 - 6

Abicht, Johann Georg
Pfaffreuter, Christoph Heinrich

Leipzig, 1712

VD18 14793431-ddd

Sacri romani imperii illustris reipublicae et civitatis liberae ratisbonensis [...] dominis consuli, consularibus, caterisque senatoribus, [...]

urn:nbn:de:bsz:31-130619

Visual Library

SACRI ROMANI IMPERII
ILLUSTRIS REIPUBLICÆ ET CIVITATIS
LIBERÆ RATISBONENSIS
VIRIS
MAGNIFICIS AC MAXIME STRENUIS,
PRÆNOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, ATQVE PRUDENTISSIMIS,
DOMINIS
CONSULI,
CONSULARIBUS,
Cæteriſque
SENATORIBUS,

DOMINIS AC PATRONIS MEIS
SEMPITERNA PIETATE SUSPICIENDIS.

PErquam jucunda VESTRI erga me, OPTIMI PATRIÆ PATRES Amoris & Benevolentiæ recordatio eſt; attamen illud mihi gratiſſimum videtur, cum debitæ meæ indefeſſum obſervantiæ ſtudium palam facere, meamque VOBIS mentem obſtrictiſſimam teſtificari queam. Quare etiam, quos immaturiores labor Academicus protulerit fructus, VESTRIS tum politiſſimis expoſitos judiciis, quum ſplendidiſſimis Nominibus conſecratos eſſe volui. Tantum autem abeſt, ut, quod exiguum animi ſubmiſſi munus offero, tantis ab inſigni Benignitate Veſtra beneficiis jam jam acceptis, non impar fore mihi perſvadeam, ut potius eorum memoriæ, nulla unquam viciſſitudine temporis delendæ, vix ac ne vix quidem ſufficere fatear. Pietatis tamen, quo vos æternum proſequar, cultum me obſervaſſe dixerim, ſi precibus id a ſupremo Numine impetravero, quod me impetraturum ſpes eſt certiſſima; ut ſartam tectamque VESTRORUM OMNIUM ſalutem tueri, Saluberrimis VESTRIS conſiliis clementer adeſſe, aureaque VOBIS fortunæ paciſve tempora largiri velit quam diutisſime.

Patria ſicque bona ſemper rate Noſtra vehatur,
Muſarumque chorus nil niſi læta canat!

Quæ nomine & omine fauſta apprecatur

Veſter

MOECENATES OPTIMI MAXIMI

devinctisſimus cliens

C. H. Pfaffreuter.